



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

Prænotatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SUBDIVISIO SECUNDA

Trinitas diversarum rerum ex Scripturis novi Testamenti, quòd ad ea, quæ mysterium Divinæ Triadis evidentiùs probant, conscripta; & tridistichis ad dictum mysterium accommodata.

PRÆNOTATIO.

Veteris Testamenti Scripturæ ex multis locis hætenus adductæ, Divinæ Trinitatis mysterium insinuunt quidem, in multis etiam persuadent, quem admodum & SS. PP. in istum finem ad sæpè dictum sacrosanctum mysterium eas applicant, illudquè explicare student, non tamen expressè probant: omnes enim scripturæ, quas ad exemplum vel imitationem Augustini, Chrysostomi, Bedæ, aliorumquè allegavimus, ita non possunt accommodari, quin & ad alium sensum magis genuinum deduci, ut probat Abulensis opusc. de SS. Trinit. initio. Et videtur providentissimus Deus pro veteri illo statu ita disposuisse, tum ob statûs imperfectionem, cum ob hominum ruditatem, nec non mysterij sublimitatem, ac in idololatriam populi proclivitatem: adeoque aperta revelatio mysterij hujus multis, vel omnibus vulgò, in ruinam & idololatriæ occasionem cessisset, dum ex pluralitate personarum

L

sonarum

sonarum, Deorum pluralitatem collegissent. Verùm susceptâ lege Evangelicâ, prædictum mysterium impossibile est negare, ut idem probat Abulensis loco cit. & Theologi apud D. Thom. 1. p. q. 31. & 32. & alibi. Ex eis itaque Scripturis quæ unum trinumque Deum evidentius probant, & necessariò convincunt, priùs in hac subdivisione quædam Symbola profereamus, quàm ad alia ex eodem novo Testamento procedamus, quæ non ita accommodari possunt.

SYMBOLUM I.

*Euntes Baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.
Mar. 16.*

GRatia quanta sacris Domini promanet ab undis,
Effari linguâ, fingere mente nequis.
Corpus ut abluitur, vertex dum tingitur imbre,
Mens humana sacri Flaminis igne flagrat.
Ingreditur ter Sancta Trias, depellitur orci
Spiritus, ac animam gratia multa beata.

Nota. 1. Baptizare iussit in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, id est, in confessione & Auctoris, & Unigeniti, & Doni. Auctor unus est omnium: unus est enim ingenitus Deus Pater, ex quo omnia; unus Unigenitus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia; & unus Spiritus, Donum in omnibus. Hil. de Trinit. lib. 2. in initio.

Nota. 2. Christus cum Deus & homo sit, ut Deus honorem recipit, cum Patre & Spiritu Sancto. Ut homo, illum defert. Detulit autem maxime, cum in mundo prædicavit Trinitatem, & iussit baptizari omnes gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. ex S. Aug. lib. 3. contra Maxim. 5.

SYM-